

IOANNIS BOCCACCII

AD

MAGNARDUM DE CAVALCANTIBUS

EPISTOLAE TRES.

ТРИ ПИСЬМА

ДЖЬОВАННИ БОККАЧЧЬО

КЪ

МАЙНАРДО ДЕ'КАВАЛЬКАНТИ.

1875-1875

21-го ДЕКАБРЯ.

С.-ПЕТЕРБУРГЪ

Тип. В. Демисова. Новая пер., д. № 7.

1875



Печати.

76

Доволено цензурою. С.-Петербургъ. 19 мая 1876 г.

Осенью 1372-го Боккаччо былъ въ послѣдній разъ въ Неаполѣ и возвратился въ Тоскану весной слѣдующаго года ¹⁾. Первое (I) изъ слѣдующихъ ниже писемъ, начатое 10-го августа и конченное 27-го, написано имъ изъ Чертальдо; что оно относится къ 1373-му году, тому доказательствомъ служатъ слова Боккаччо: *Sexagesimum enim annum ago*; онъ, какъ извѣстно, родился въ 1313 г. Письмо обращено къ Mainardo de' Cavalcanti, съ которымъ Боккаччо сошелся въ Неаполѣ еще въ 1362—3 годахъ. Оно наполнено жалобами на состояніе здоровья: мы узнаемъ, что уже въ эту пору Боккаччо страдалъ той болѣзью, которой подвергся и Петрарка, которая заставила его самого, въ январѣ или февралѣ 1374 г., оставить только-что занятую имъ кафедру ²⁾.—Болѣзнь описана подробно, мелкими штрихами, съ бытовыми подробностями, къ которымъ причисилъ насъ авторъ Декамерона. Боккаччо заболѣлъ ночью; въ цѣломъ домѣ никого, только „*adstabat mihi sola ancillula quaedam, cujus multis annis obsequio usus sum*“—вѣроятно Бруна, упомянутая въ завѣщаніи Боккаччо: *Ancora lascio alla Bruna, figliuola che fu di Ciango da Montemagno, la quale lungamente è stata con meco, il letto nel quale era usa di dormire ad Certaldo, cioè una lettiera d'albero, una coltricetta di penna, un piumaccio, una coltre bianca piccola da quel letto и т. д.* ³⁾. Далѣе, мы переносимся въ жизнь мелкаго городка, гдѣ серьезная врачебная помощь не мыслима: присутствуемъ при совѣщаніи сосѣдей, досужныхъ людей, толкующихъ о томъ, какъ помочь заболѣвшему, и призы-

¹⁾ См. хронологию Боккаччо у Witte, при его переводѣ Декамерона (3-е Ausg. 1859 г.) v. I, p. XCIX.

²⁾ I. c. XLIV и С.

³⁾ Opere volgari di G. Boccaccio ed. Moufier, v. XVII: Lettere volgari di G. B. p. 139—140.

вающихъ дожорощеннаго эскулапа, который жжетъ и рѣжетъ больного и говорить, въ успокоеніе, что облегчилъ его, выпустивъ ему не крови, а смертоноснаго яда, отъ котораго онъ несомнѣнно бы умеръ.

Но перейду къ болѣе веселому сюжету, продолжаетъ Боккаччо: слышалъ я, пишетъ онъ далѣе къ Кавальканти, что ты женился, и молю Бога и всѣхъ святыхъ, чтобы бракъ твой былъ счастливъ. — Въ письмѣ подъ № II, обращенномъ къ тому же Кавальканти, Боккаччо проситъ его поклониться новому его свояку (*novus affinis tuus*), Донату сыну Якова (*Donatus Jacobi*). Разумѣется *Donato Acciaiuoli*, сынъ Якова и братъ Андреи или Андреины, упомянутой въ духовномъ завѣщаніи Якова отъ 1356 года ¹⁾, вышедшей въ первый разъ (1364 г.) за *Francesco di Simone Guidi*, графа *di Battifolle e Poppi*, во второй — за *Mainardo Cavalcanti* ²⁾. Кавальканти, стало быть, женился на вдовѣ. Извѣстно, что вдовой бракъ уже въ Римѣ былъ обставленъ менѣе почетными обрядами, чѣмъ дѣвичій, и что этотъ предрасудокъ продолжаетъ существовать въ обычаяхъ европейскаго простонародья. Такъ между прочимъ и въ Италиі. По словамъ *Angelo degli Ubaldi*, юрисконсульта XV-аго вѣка, въ Перуджии вдовы вѣнчались лишь ночью. Этимъ объясняется одобреніе, которое высказываетъ Боккаччо въ разбираемомъ нами письмѣ: „*Audivi te sacros celebrasse hymeneos, face tamen nocturna, ex quo arbitror te in id ivisse consilium, quod tibi, quibus potui et omnibus rationibus, suaseram*“.— Если въ августѣ 1373-го года Боккаччо могъ знать лишь по слуху о бракѣ Кавальканти, то необходимо предположить, что онъ состоялся лишь незадолго передъ тѣмъ.

9-го августа 1373 года флорентійцы рѣшили учредить „на пользу стремящихся къ добродѣтели“ кафедрѣ для толкованія Божественной Комедіи, „изъ которой и неученые люди могутъ извлечь наставленія, какъ избѣгать пороковъ и пріобрѣсть добрые нравы и научиться красотамя краснорѣчія“. На эту кафедрѣ вступилъ впервые 23-го октября 1373 года Боккаччо ³⁾. — Наше письмо № II показываетъ, что 13-го сентября того же года онъ былъ еще въ Чертальдо. Получивъ письмо

¹⁾ См. *L. Tanfani, Nicola Acciaiuoli: Documenti* p. 189.

²⁾ *Litta, Famiglie celebri italiane fasc. LX, disp. 106: Acciaiuoli di Firenze, parte II, tav. V.*

³⁾ *Witte* I. с. XLIII.

Боккаччо отъ 10—27 августа, Кавальканти такъ былъ тронуть описаніемъ его недуговъ, что прослезился. За это благодарить его Боккаччо письмомъ отъ 13-го сентября, приравнивая своего друга къ Александру Македонскому, Марку Марцеллу, Помпею и др., также пролтовавшимъ слезы умиленія; благодарить за подарки, въ которыхъ онъ нередко нуждался, такъ какъ не умѣлъ устроить своего матеріальнаго положенія, какъ сумѣлъ то сдѣлать другъ его Петрарка ¹⁾. — Куда адресовано второе письмо—остается неизвѣстнымъ; ясно только, что не въ Неаполь, потому что Боккаччо проситъ своего друга поклониться отъ него, когда будетъ писать въ Неаполь, своей супругѣ и другимъ, между прочимъ „новому твоему свояку, Донату, сыну Якова“, т. е. Донату Ассиаиуоли. О послѣднемъ извѣстно, что еще юношей онъ отправился въ Грецію, посланный туда великимъ сеншалемъ Николаемъ Ассиаиуоли, который въ январѣ 1365 года сдѣлалъ его своимъ намѣстникомъ въ княжествѣ Ахайя и въ кастелланіи Коринѳа. Въ 1373 г. онъ вернулся изъ Греціи ²⁾, и надо полагать, что 13 Сентября того же года Боккаччо уже зналъ о его возвращеніи.

Интереснѣе всего во второмъ письмѣ взглядъ старика Боккаччо на свой Декамеронъ, взглядъ, характеризующій вторую половину его литературной дѣятельности и проявляющійся съ 60-хъ годовъ. До тѣхъ поръ пѣвецъ любви и жизненной прозы, онъ становится эрудитомъ и проповѣдникомъ нравственности; ему было лѣтъ 40, когда совершился этотъ переломъ: полагаютъ, что въ 1363—70-хъ годахъ написаны всѣ его ученые, энциклопедическіе труды ³⁾. — Кавальканти писалъ ему съ нѣкоторымъ смущеніемъ, что не читалъ еще его трудовъ (*libellos meos*); Боккаччо отвѣчаетъ, что извиненіе не въ вѣста, его труды не таковы, чтобы слѣдовало спѣшить прочесть ихъ, оставляя въ сторонѣ все другое. Къ тому же лѣтній жаръ, короткія ночи, молодая жена, домашнія заботы:—все это можетъ отвлечь отъ занятій не только молодого воина, но и старика ученаго. Ты пишешь мнѣ, что приступишь къ чтенію зихю; это хорошо, если не найдется лучшаго занятія. Но вотъ чего я не похваляю: ты дозволилъ своимъ домамъ читать мои домашнія шутки (*domes-*

¹⁾ См. *Amorosa visione*, cap. XIV, terz. 19 seqq.

²⁾ *Litta* I, c. Tanfani, I. c. 150.

³⁾ *Witte* I. c. XCIX.

sticas pugas). Не дѣлай того, прошу тебя. Ты знаешь, какъ много тамъ неприличнаго, подстрекающаго къ грѣховной любви; я не сомнѣваюсь, что честныхъ женщинъ это не побудитъ къ недозволеннымъ поступкамъ, *subeunt tamen passu tacito aestus illecebres*. Предоставь это чтеніе юношамъ, кичащимся въ народѣ, что многихъ честныхъ женъ они совратили. Если тебя не трогаетъ честь твоихъ дамъ, то пожалѣй хоть меня: вѣдь тѣ, кто будетъ читать меня, почтутъ меня грязнымъ сводникомъ, старикомъ прелюбодѣемъ, жадно пересказывающимъ чужіе грѣшки. У меня не вездѣ найдется защитникъ, который сказалъ бы: Писаль онъ это, будучи еще юношей и понужденный приказаніемъ свыше (королева Іоанна?). Моему возрасту это неприлично, и хотя я не особенно добродѣтельнень, и былъ имъ еще менѣе, я не желалъ бы, чтобы мое имя и слава запятнаны была въ глазахъ такихъ женщинъ, какъ твои.

Такова была точка зрѣнія Боккаччо лѣтъ 20 спустя послѣ того, какъ оконченъ былъ (приблизительно въ 1353 г.) Декамеронъ, въ предисловіи къ которому онъ выразилъ мнѣніе, что именно женщинамъ его рассказы будутъ наиболѣе полезны: стыдливость и страхъ заставляютъ ихъ таить въ груди любовное пламя, затворническая жизнь въ семьѣ наводитъ на нихъ грустныя мысли; муштина всегда найдетъ возможность развлечься; влюбленнымъ женщинамъ Боккаччо предлагать Декамеронъ, какъ средство развлеченія. — Въ 1373 г. онъ боится даже мысли, что его сборникъ можетъ попасть къ нимъ въ руки.

Въ числѣ пожеланій своему другу Боккаччо выражаетъ и слѣдующее: чтобы онъ достойнымъ образомъ воспиталъ будущаго своего сына, *futuram tibi prolem*.

Мѣсяцъ съ небольшимъ спустя, 23 октября 1373 г., Боккаччо вступилъ на каедру въ качествѣ перваго публичнаго толкователя Божественной Комедіи. Возобновившаяся болѣзнь принудила его прекратить чтеніе, и онъ удалился въ Чертальдо въ январѣ или февралѣ 1374 г. Въ этотъ промежутокъ времени, между октябремъ 1373 и январемъ или февралемъ слѣдующаго года, у пріятеля его Кавальканти родился сынъ, и Боккаччо былъ его воспріемникомъ, о чемъ онъ самъ упоминаетъ въ письмѣ, которымъ посвятилъ Кавальканти свою книгу: *De casibus virorum illustrium*. Посвятительное письмо относятъ къ 1374 году ¹⁾. Бок-

¹⁾ Witte l. c. LXV.

каччю просить въ немъ Кавальканти: *tuo nomine emittas in publicum*; надо полагать, что написано оно ранѣе 19 июля 1374 г., т. е. смерти Петрарки, иначе Боккаччю не оставилъ бы въ книгѣ, ранѣе того написанной (*Diu... emunctum ex ingenio meo opusculum... me penes ociosum fuit*), слѣдующихъ словъ, красующихся на ея послѣднихъ страницахъ: *Attamen, cum humanum peccare sit, compatiendum ignorantiae est mea, non arrogantiae imputandum. Sane ne perseverando videar aeterni luminis hostis, quaeso per dulce atque praeclarum decus philosophiae prudentiores indulgeant. Et is potissimum, qui splendidissimum tam morum spectaculum, quam commendabilium doctrinarum jubar vividum est, Petrarca laureatus insignis praceptor meus, aequa cum caeteris qualitate agat, ut suppleatur quod omissum sit, et superfluum resecetur.*

Трактатъ *De casibus virorum illustrium* интересенъ не столько по своимъ биографическимъ и историческимъ даннымъ, имѣющимъ извѣстную цѣнность лишь въ тѣхъ немногихъ случаяхъ, когда Боккаччю говоритъ о событіяхъ недавнихъ, либо имъ видѣнныхъ (сл. главы о герцогѣ Аэнискомъ, о Филиппѣ Катанской),—сколько по тѣмъ размышленіямъ, которыя, являясь послѣ извѣстнаго цикла разсказовъ, представляютъ какъ-бы ихъ нравственный выводъ. Выдѣлить изъ массы общихъ мѣстъ правоучительнаго характера, что въ нихъ принадлежитъ самостоятельности мысли, міросозерцанію самого Боккаччю, и что афоризму, вынесенному изъ чтенія классиковъ—также трудно, какъ трудно установить подобное дѣленіе для дидактическихъ сочиненій и писемъ Петрарки. Цѣлыя главы посвящены у Боккаччю общимъ обличеніямъ гордыхъ (I, 4, 13; II, 5), легковѣрныхъ (I, 10), сладострастныхъ правителей (III, 4), невѣжественныхъ юристовъ (III, 4) и жадныхъ (VII, 7); есть главы о послушаніи (II, 2), любостыжаніи (II, 8), обманѣ (II, 23), о благородствѣ (VI, 3) и т. д.; о женщинахъ (I, 17: *In mulieres*): здѣсь Боккаччю откровененъ и говоритъ отъ себя: взгляды на женщину въ сущности тѣ же, что и въ его *Corbaccio* и въ многочисленныхъ произведеніяхъ средневѣковой дидактики: *Blandum et exitiale malum mulier*—разумѣется, съ непогими исключеніями. Это—тотъ же поворотъ къ ригоризму, выраженіемъ котораго служилъ ужасъ состарѣвшагося автора передъ откровенностью своего Деканерона.

Для характеристики личнаго возрѣнія Боккаччю въ сравненіи съ тѣмъ, что у него и у Петрарки мы могли-бы назвать классическимъ то-

никогда, интересны главы (I, 15; III, 1, 17), посвященные восхвалению нищеты. Известно, как поэтически воспел ее св. Францискъ; въ нижней церкви въ Ассизи Джьотто изобразилъ его аскетическо-демократической идеалъ; но развитіе городской жизни давно стало съ нимъ въ разрѣзъ, и тотъ же Джьотто, когда чувствовалъ себя флорентійскимъ буржуа, возставалъ противъ восхвалявшихъ нищету, какъ вольную, такъ и невольную ¹⁾; тоже говоритъ позднѣе Fazio degli Uberti ²⁾. И въ глазахъ Боккаччо судьба бѣдняка представлялась жалкой: всякій его сторонится, никто не хочетъ имѣть его своимъ другомъ. Неудивительно, что все жаждетъ денегъ,

poichè virtute

Senza danari nel mondo si vieta.

*Il cui valor, se fosse alla salute
Di quel pensato, ch'uomo pensar dee,
Non le ricchezze sarian si volute.*

*Ma io mi credo, che parole ebrce
Parebbono a ciascun chiaro intelletto
Il dir che le ricchezze fosser ree,*

*Avegnachè in me questo difetto
Piuttosto che in altro caderia,
Tanto disio d'averne con effetto.*

*Nè da tal desiderio mi trarria
Alcun, tanto il pregar mi par noioso,
Che di danar sovvenuto mi sia ³⁾.*

И самъ Боккаччо и въ письмахъ, и въ стихахъ ⁴⁾ жалуется на свою бѣдность и обращается за помощью къ друзьямъ и благотворительность величаетъ, какъ божественное устроenie. Все это отзывается дѣйствительностью — и рядомъ съ этимъ отзываются общимъ истомъ восторженныя похвалы бѣдности, напр. въ *De Genealogia Deorum* (I. XIV, с. 4 in fine), и въ *De casibus*. — *O finale cognita plurimis, humilis et appetenda paupertas... O quam pulchrum sanctumque plurimum, tecum parvis insis-*

¹⁾ Carducci, *Rime di Cino da Pistoia etc.* p. XXXI—II, 143—146.

²⁾ I. с. p. 302—8, №№ VII и VIII.

³⁾ *Amorosa visione*, с. XIV, in fine.

⁴⁾ *Rime ed. I. Moutier*, sonetto № VIII.

tere laribus, rura diligere, solitudines colere, superflua vilipendere, sub arborum umbra, secus argenteos rivulos meditari caelestia volentes (l. c. I, 15). И Боккаччо при другомъ случаѣ возвращается къ этому панегирику, чтобы рассказать намъ *fabliau* (*fabellam*), слышанный имъ въ юности отъ своего учителя, астронома Андалоне дель-Негро (III, 1), не разъ поминаемаго имъ въ *De Genealogia*. Я приведу его рассказъ въ извлеченіи.

„Cum igitur juvenis Neapoli olim apud insignem virum atque venerabilem Andalo de Nigro Genuensem caelorum motus et syderum eo docente perciperem, inter legendum die una hujusmodi verbum occurrit: Non incusanda sydera sunt, cum sibi infortunium quaesierit oppressus. Quod audiens, festivus, esto longaevus, hilari vultu inquit: Hoc profecto lepida fabella, et antiquissima probatum est. Quam, quibusdam egregiis nobilitate viris auditoribus sumptis, et a me peroratus ut diceret (cum placidi et flexibilis esset ingenii), confestim diserto sermone sic inquit:

Sedebat forsā in trivio Paupertas amicta centuculo, et obducto supercilio, et secum (ut moris est) revolvebat plurima. Eo ferente casu, Fortuna superbo fastu et numine pleno transiens, oculos iniecit in eam. Adversus quam ridentem atque praetereuntem Paupertas, nullis fere onusta laciniis, surrexit et acri vultu inquit: Quid stolidi rides? Cui Fortuna: Miror te ipsam macie obsitam, strabosam, scabiosam, pallentem, palliastro tenui, semesisque vestibibus semitectam, amicitias fugantem ac canes quocunque veneris excitantem, et non urgente extremitatis tuae verecundia, in solitudine residentem.—His irritata Paupertas vix manus continuit dixitque: Ecce si insipida arbitraris, quasi dea sis, ut stolidi credidere, te quidem agente, sic ferme. Non equidem, quinimo me volente sinanus haec: cum tibi sit plena mollisque cutis, roseus color ac purpurea vestis et ancillarum longior ordo. Visne mecum in palaestra certare viribus? Vides tu, ait Fortuna sedato risu, quam obstinati animi haec misella sit? In ultimum gentium sortem illam deduximus, nec mentis tamen superbiam satis adhuc opprimere potuimus. Слѣдуетъ перебранка между Fortuna и Paupertas, которая выговориваетъ себѣ право: ut fas sit victrici victae quam voluerit ponere legem. Исходъ битвы благопріятный для нищеты, которая обращается къ фортунѣ съ такимъ требованіемъ: Tuo quippe arbitrio (postquam sic errori veterum visum est) posuere superi Fortunium Infortuniumque. Ego medium volo tanti imperii subtrahere et jubeo ut in

publico Infortunium palo alliges firmesque cathenis, ut non solum nequeat cujusquam intrare limen, sed nec inde discedere, nisi cum eo qui nexus solverit. Fortunium quovis mitte, tuque a jure meo, dum id feceris, libera esto. Mirabile dictu, quod nunquam ante fecerat, nec erat factura in posterum, annuit: Paupertati hac vice Fortunam servasse fidem, et Infortunium palo alligatum solis solventibus liquisse. Ex quo satis, optimi juvenes, potestis advertere veteri fabella probatum, quod ante non insipide dicebatur.

Разсказъ Боккаччо относится къ тому литературному роду, который былъ извѣстенъ во Франціи подъ именемъ: *Debats, Desputoison*, и въ Италиіи развился, вѣроятно, подъ французскимъ вліяніемъ. Какъ въ старофранцузской литературѣ существовали *Bataille de Karesme et de Charnage, Desputoison de la Sinagogue et de Sainte-Église*, такъ и генуэзское стихотвореніе XIII—XIV в. выводитъ на сцену препирающихся *Gula* и *Ratio* ¹⁾, и подобные же сюжеты избиралъ *Bonvesin da Riva*. Мы имѣемъ дѣло съ разновидностью аллегорическаго жанра, не всегда коренившася въ измышленіяхъ школы, а иногда и въ народныхъ представленіяхъ. Фортуна въ повелѣ Боккаччо—доля народныхъ сказокъ, напр. русскихъ: *Fortunium, Infortunium* — это двѣ доли, достающіяся человѣку: *bona fortuna, mala fortuna* ²⁾. Классическій языкъ не знаетъ *fortunium*, оно является въ средніе вѣка: *fortunium=Glucke, geluck* противопоставляется *infortunium=unglücke, ongeluck* ³⁾.—Если я позволилъ себѣ перевести *fabella* Боккаччо словомъ *fabliana*, то сдѣлалъ это не потому, чтобы могъ съ положительностью указать на таковой источникъ его разсказа, а лишь желая напомнить, что при извѣстномъ знакомствѣ Боккаччо съ повѣствовательной литературой Франціи такой источникъ представляется наиболѣе вѣроятнымъ.

¹⁾ Lagomaggiore, *Rime genovesi della fine del s. XIII e del principio del s. XIV* въ *Archiv. Glottologico* II, 2, p. 296—304.

²⁾ См. представленіе фортуны въ *Декамеронѣ*, *Giorn. X, Nov. 1.*

³⁾ *Ducange Gloss.: fortunium, infortunium; Diefenbach, Supplem. a. v.*

Письма №№ I—II печатаются по ркп. Riccard. 803, по копии, свѣренной съ сѣннской рукописью и уступленной мнѣ г-нъ Карломъ Gargioli, бывшимъ профессоромъ лица въ Пиаченцѣ, нынѣ центральнымъ провизоромъ въ итальянскомъ министерствѣ народнаго просвѣщенія.¹⁾ Извѣстныя дотолѣ по отрывкамъ, письма эти печатаются впервые въ полномъ объемѣ.—Письмо № III извлечено изъ слѣдующаго изданія: Ioannis Vocatii De Certaldo historiographi clarissimi De Casibus virorum illustrium libri novem. Aug. Vindel., studio et opera Hieron. Ziegleri Rotenburgensis. MDXLIII.

За нѣкоторыя исправленія текста и поясненія къ нему приношу мою благодарность проф. Помяловскому

Александръ Веселовскій.

¹⁾ О ркп. смъ замѣчанія Baldelli въ изд. Moutier, Op. volgari di G. V. t. XVI: Rime, p. 155—7; nota 2.

I.

**Generoso militi domino Maghinardo de Cavalcantibus praeclaro Regni
Siciliae marescalco.**

Miraberis, miles egregie, quod tam diu distulerim ad te scribere, nec dubium, quin accusandus essem, ni in contrarium surgeret honestissima, esto odiosa tam longae dilationis causa. Audisse potuisti, ni fallor, quantum infirmus fui! Heu mihi! Dixi fui, quasi non sim; imo sum. Et quod multo pejus, nulla de proximo spes mihi salutis est. Quod, ut clarius possis advertere, etiam si alia scribenda occurrant plurima, hoc unum, scilicet quae mihi causa diu aegrotanti nec ad te scribenti (vita) fuerit, et sic libet explicare paucis, et potissime postquam paucillum his diebus, quasi e faucibus eductus orci, concessum est respirare fesso. Postquam igitur, honorande mihi semper, te ultimum vidi, semper vita fuit fere simillima morti, afflicta, taediosa et sibime^t odiosa, non unico tantum vexata stimulo: nam ante alia incessabilis mihi et igneus pruritus fuit et est, sic et scabies sicca, cujus abradere squamas aridas et scoria die noctuque vix sufficit unguis assidua. Praeterea ventris ponderosa segnities, renium perpetuus dolor, splenis turgiditas, bilis incendium, tussis anhela, raucum pectus et attonitum caput, nec non et alia plura, quae si enumerem, corpus omne languidum et humores in se discordes omnes facile dices Ex quibus fit, ut mihi sit caelum inspicere grave, onerosa corporea moles, titubans gradus, tremula manus, pallor stygius, appetitus cibi nullus et rerum omnium displicentia. Odiosae mihi sunt litterae et qui nuper amantis-

simi erant libelli, displicent. Animi remissæ sunt vires, memoria fere nulla et hebes ingenium: Cogitationes omnes meæ in sepulcrum declinant et mortem, et quod mihi præcipuum solamen erat, sublatum est: Musæ, quarum coelesti cantu oblectabar aliquando, tangenti Marone et Petrarcha nostro aliisque nonnullis sacro plectro castaliam liram, obmutuere et silet camerula, quam consueveram sentire sonoram. Et breviter, in tristitiam tendunt omnia mea. Stant tamen inter tot mala vivax oculorum acies nec ulla adhuc infectus nausea stomachus, et post fricatam unguibus diu scabiem gratissima somni quies. His pauculum refocillor subsidiis; remedia nulla mihi sunt, nec hic medicus nec medela, etsi sit nulla mihi fides in illis: vivo natura et appetitu ducibus. O miserum me! si me videris, vix agnosces: non oris habitus ille præscus, non oculorum lætitia est, adeo ossibus impressa pellis, ut Erisichton videar ¹⁾ potius quam Johannes, et effectum corpus exsangue cadaver, quam animata congeries. Et sic quid de me futurum sit, ipse non video, mortem cupio, quæ non equidem intempesta foret: sexagesimum enim annum ago. Satis, imo multum vixi, et vidi quæ proavi non videre mei, nec quid novi, etiam si duplicentur anni, videre queam, jure expectare debeo, ni forte volitare montes et flumina in fontes redire speravero, quod ridiculum est. Si ergo veniat, unde aegre suscipiam me, ut jam afforet malorum finis omnium, antequam gravior amicis efficiar. Et ne te ulterius

¹⁾ Teseide, l. IV, st. 27:

Egli era tutto quanto divenuto
Si magro, che assai agevolmente
Ciascun suo osso si sarie veduto:
Nè credo che Erisitone altrimenti
Fosse nel viso etc.

Cæ. ib. l. VI st. 63 et Ovid. Metamorph. VIII, 739.

afflictionibus meis afficiam, habes cur non scripserim, habes quid sentiam et quid cupiam, habes hucusque, miles inclite. IV-o idus Augusti tribus tam paucis litteris diebus concessis continuis scripseram, nec erat animus mihi praeter recommendationes aliquas superaddere et in sequenti die litterulam claudere. Sane novo et anxio eventu quod disposueram sublatum est. Nam eadem qua supra die, cadente jam sole, debilem, fessum et vix spirantem ignita febris invasit repente, tanto cum impetu, ut primo impulsu me victum crederem. Et sic conscendi lectulum, ratus non amplius meis pedibus descensurus; et crescente nocte, crescebat incendium. Ego autem infesto ardore et acri capitis dolore vexatus, suspiria emittens, igneas et tenues quandoque voculas passionem testantes meam (non enim mihi mos est mugitus emittere, ut plerique faciunt), huc illuc ferebar, quaeritans motu illo febrem ludere et parvo vestimentorum frigore aethneum sedare incendium. Et quoniam adversus tam validas caloris immensi vires me exhaustum et imbecillum sentiebam, in finem meum me omnino iturum rebar, et de vita praesenti desperans, de futura incepti meditationes intrare. Et dum me, scelestum hominem, ante tribunal Judicis cuncta cernentis primo e corpore egressu iturum noscerem et justam ejus iram in crimen meum severumque cor futurum mecum revolverem, tantus me pavor intravit, ut tremere totus et veras mei conscius emitterem lacrimas. Adstabat mihi sola ancillula quaedam, cujus multis annis obsequio usus sum, quae me videns et existimans quantum acgritudine victus, lacrimabatur et incompte ac insipide satis cepit conari paululas vires meas in patientiam erigere. Ego autem medio ardoris in aestu ridebam illius inscientiam et te et amicos alios, etsi absentes essetis, tanquam praesentes post trepidationem illam ingentem alloquebar et orabam tacite, quibus poteram

mentibus, ut intercessionibus vestris mihi adeo facilem impetraretis exitum, eumque erga me mitem misericordemque votis faceretis supplicibus; et nonnunquam me ea hora exspiraturum existimans, vale tibi reliquisque dixi. Quid multa? cum in profundissimam noctem venissem, et ecce iudicio meo ignis extrorsum ab intrinsecis emissus ab umbilico in fundum usque ventris et dextrum inguen cuncta corripuit. Ex quo sperans egressuram febrem cum ardore illo, paululum patientius cepi expectare exitum. Sed cum incasum cedere expectantem adverti, Phaetontis memor incendii, cepi mihi ipsi timere, ne fulmine illo in cinerem iturus essem et, quam ante optaveram, mortem expavescere. Interim post longam expectationem dies eluxit, et vocatis ex rusticanis amicis quibusdam, ostendo eventum. Mirantur omnes, et cum nihil haberent aliud quod praestarent, ivere in consilium. Hortantur ut medicum advocem, quod ego tamquam superfluum aspernabar, consuetus naturæ accidentium quorumcumque in diem usque illam curam permittere. Tandem ne viderer id potius ob avaritiam facere, quam ob sinistram medicorum habitam opinionem, advoco. Nec credas vero Appollinem, quem primum novisse vires herbarum ajunt ¹⁾, seu Epidaurium Aesculapium vel juniorem horum Hippocratem Chium, sed assuetum curis villicis hominem, equidem satis affabilem et circumspectum. Is autem, postquam vidit igneam illam maculam, e vestigio hepatis ferventis opus esse dixit, superflua nocuaque ad exteriora mittentis, eumque morbum festina curatione indigere;

¹⁾ Teseide l. X, st. 13: *Аполлонъ*

che tutta ebbe

L'arte con seco, e seppe il ghiaccio e'l foco

E l'umido e'l calore, e che potrebbe

Ciascun'erba o radice.

Ca. De Geneal. Deor. III, 20; VII, 58.

quaesi fieret, salus adesset illico, si vero differatur per diem tantum, me infra quartam in certissimam iturum mortem, ratione monstrata. Timui, fateor, jussique medici sequeretur imperium. Nec mora: parantur in excarnificationem meam instrumenta, ferrum et ignis, et accensis lampadibus et in meam carnem extentis atque infixis et demum sublatis, et crebris cultro tonsorio eisdem locis ante praeustis ictibus fracta cutis, iterum et iterum apponuntur, non absque maximo cruciatu meo. Et sic his adtrahentibus, non ante destitere, quam multum sanguinis, imo, ut medicus asserebat, veneni letalis emungerent. Quo peracto: Sanus es, inquit medicus. Quod ego facile credidi, quia plurimum cum sanguine abiisset febris infesta, et ego, qui per duas praecedentes noctes soranium non ceperam, in illum solutus pauxillulum quietis assumpsi. Hinc mihi primum aliquantulum spei futuræ valetudinis affulsit, et demum de die in diem aucta est, sensim priscae cepere redire vires, adeo ut jam manus, esto debilis ut vides, sufficiat calamo. Verum in alacriorem materiam transeamus. Audivi te sacros celebrasse hymeneos, face tamen nocturna, ex quo arbitror te in id ivisse consilium, quod tibi, quibus potui et omnibus rationibus, suaseram. Si sic est, aut quaecumque sit alia. oro precorque Deum superosque reliquos, ut tibi sibi que sit bonum, faustumque sit hoc conjugium, eique laeta et cito subsequatur proles. Quaeso illi me commendatum facias, nam uti te diligo pio integroque mentis affectu, sic illam, esto incognitam, tamen amo. Et licet non sperem eam videre, tamen cupio eique reverentiam exhibere condignam. Et ne longius gemina evagetur epistola, Augusti III-o Idus incepta et V Kal. Septembris in finem deducta—recommenda me Magnifico militi domino Americo et Salici fratri tuo et saluta Forchettam et longum vale. Certaldi, die qua supra.

Johannes Bocchaccius tuus.

Generoso militi domino Maghinaro de Cavalcantibus praeclaro
regni Siciliae marescalco.

Idibus Septembris post solis occasum.

Strenue miles! Munus tuum insigne suscepi cum literis id significantibus et aliis pluribus ad me manu tua scriptis, quas non minus avide legi, quam donum verecunde susceperim. Quibus si respondere velim, quia volo, in tumultuariam epistolam vadam necesse est: sic enim rerum diversitas atque numerositas exigit, quod quidem ut aequo feras animo cupio precorque. Scribis ergo, vir clementissime, ante alia, quod dum languoris mei afflictiones fere infinitas legeres, compassione commotus, non absque quodam generoso mentis rubore (quia femineum visum sit), illacrimaveris. Credo scias quas emiseris lacrimas; quid autem in me fecerint, quam cito illas emissas legi, minus te novisse existimo. Indices enim fuere integræ affectionis tuæ in me, quod ego in non parvâ fortunæ meæ gloriam adscripsi. Quid, quaeso, mihi depresso homini optabilius contigisse poterat, quam novisse tam certis testibus, quod tanti militis adeo amicus sum, ut meis aegritudinibus suas non fastidiat impendere lacrimas! Illas post hoc tanto cariores suscepi, quanto rariores praestari a splendidis viris pauperibus consuevere. Has demum ego anxietatum mearum lotrices, imo pultrices sensi sentioque, nam non tantum superficie tenus, ut quandoque pinguis flammula lambit ¹⁾, morbosum diluentes te-

¹⁾ *Filostrato*, Proemio: nè è perciò troppo lungo questo mitigamento, ma quale sopra le cose unte veggiamo talvolta le fiamme discorrere.— *Ameto*: siccome la fiamma si suole nella superficie delle cose unte con subito movimento gittare, e quelle leccate fuggire e poi tornare.— *Corbaccio*: lo nuovo fuoco, che come prima le parti superficiali andò leccando, così poi nelle intrinseche trapassato più vivo divenne.

tigere corpus, verum, dum legerem, ad intrinseca penetrare visum est sane quoddam atque delectabile lenimentum meos titillans sensus, ut sumptus liquor frigidus sitientes. Eruisse tamen fortis animi quam nocentis argumentum est; se totum effundere in ploratus querelasque sonoras et ululatus, ut nonnulli persaepe faciunt, muliebri profecto est et in viro detestabile; pauculas lacrimulas emisisse humanitatis ac passionis, passi cordis est signum. Nam etsi quidam fortissimi viri praeter naturam sicca facie gravissimas fortunae pertulerunt iurias, non propterea damnabile est aliquantulum cessisse naturae laboranti. Nam uti qui sicco vultu diros eventus transeunt obstinati ferreique, non minus quam fortes forsitan habendi sunt, sic et hi, qui (pro) oculorum rore genas paululum profudere in adversis, homines et sensibiles se ostendunt. Scio legeris praedonem illum Macedonem, qui parva militum manu omnem orbem aggressus est, dejecto Dario atque amicorum manibus occiso, abstinere nequivisse, quin lacrimas dederit. Praeterea et Marcum Marcellum, praeclarum ducem atque bellorum et armorum laboribus duratum, infortunio Syracusanorum, paulo ante hostium urbe capta et flammis hostilibus crepitante, concessisse lacrimas testatur antiquitas ²⁾. Et eum, qui fere toto primus praefuit orbi, effusisse veras, ut arbitror, piisque venerando capiti Pompeii magni, generi sui ³⁾. Sed quid istos quantumcunque praegrandes viros in memoriam tuam veros pietati testes revoco, cum legerimus saepe Christum Dei Filium, verum Deum verumque hominem, Lazaro amico suo defuncto dedisse, cum sciret

²⁾ Liv. XXV 24. Marcellus, ut, moenia ingressus, ex superioribus locis urbem, omnium ferme illa tempestate pulcherrimam, subiectam oculis vidit, illacrimasse dicitur, partim gaudio tantae perpetratae rei, partem vetusta gloria urbis.

³⁾ Plut. Caes. 48.

etiam eum illico surrecturum opere suo. Non equidem ob aliud ab eo factum puto, nisi ut exemplum praesentibus darot et posteritati relinqueret ad explendum etiam lacrimis in amicum integrae caritatis officium. Has ergo humanitas et dilectio vera e penetralibus cordis, etiam ob-sistentibus praestantissimorum hominum viribus, elicit et in oculos evocatas emittit. Erubescant ergo illam pelle, credasque te pii hominis opus egisse, non fluxae mulieris, laeterisque, quoniam testes veros integritatis tuae amico, quantumcunque pauperi, dederis. Preces autem tuas atque tuorum, quas polliceris, ultro videat Deus, quae cum piaestaeque forsitan sint, non dubito quin sensurus sim in conspectu Aeterni Regis pro me interpellasse atque obtenuisse quod poscitur; imo, seu tuae sint, seu reverendissimae atque devotissimae conjugis tuae, jam sentio: nam quem lecrimarum tuarum dulcor, precum virtus in vires pristinas revocat, cum nunquam mihi pruritus fuerit infestior nec unguis acutior aut scalpendi delectatio major. — Sed nunc sinamus ista. Te libellos meos non legisse (quod quasi magnum fateris crimen, cum rideam) non miror: non enim tanti sunt, ut aliis praetermissis magna cum solertia legi debeant. Dato aestivus calor, noctes breves et sponsa nova (ut domesticae rei curam obmiserim) nedum novum et juvenem militem, sed aetate proVectum, canum et scholasticum hominem a sacris etiam studiis et amovisse potuissent et excusatum redderent. Quod te autem hieme futura facturum scribis, laudo, ni melior adsit cura. Sane quod inclitas mulieres tuas domesticas nugae meas legere permiseris (var. promiseris) non laudo, quin imo quaeso per fidem tuam ne feceris. Nosti quot ibi sint minus decentia et adversantia honestati, quot Veneris infaustae aculei, quot in scelus impellentia, etiam si sint ferrea peccata, a quibus etsi non ad incestuosum actum illustres

impellantur feminae, et potissime quibus sacer pudor frontibus insidet, subeunt tamen passu tacito aestus illecebres et improvidas animas obscena concupiscentiae tabe nonnunquam inficiunt irritantque. Quod omnino non contingat agendum est, nam tibi, non illis, si quid minus decens cogitaretur, imputandum esset. Cave, igitur, iterum meo monitu precibusque, ne feceris. Sine illas juvenibus passionum sectatoribus, quibus loco magni muneris est vulgo arbitrari, quod multas infecerint petulantia sua pudicitias matronarum. Et si decori dominarum tuarum parcere non vis, parce saltem honori meo, si adeo me diligis, ut lacrimas in passionibus meis effundas: existimabunt enim legentes me spurcidum lenonem, incestuosum senem, impurum hominem, turpiloquum maledicum et alienorum scelerum avidum relatores. Non enim ubique est, qui in excusationem meam consurgens dicat: Juvenis scripsit, et majoris coactus imperio. Haec autem quantum aetati meae conveniant sine studiis tu nosti, et quamquam minus honestus sim, et longe minus jam dudum fuerim, non facile vellem iudicio talium mulierum mea foedaretur fama vel nomen. Sed quid plura? Non dubito quin facias, quod illis tibi que mihi que pius sanctumque fuerit.—Post haec, miles egregie, video opportunitates meas muneribus tuis superes teque satis ostendas apud magnanimam reginam versatum, et positus pusillanimitatis Florentinae moribus, reginalibus imbutum. Misisti pridie aureum vasculum et nummos aureos in vasculo, splendidum donum et majore me dignum homine; et esto extiterit importuna aegritudinis meae necessitas, non tamen adeo prodigas habeo manus, ut effuderim omne. Stat adhuc, hercle, particula, qua forsantari poteram ab insultu hiemali et misellum fovere corpusculum. Satis feceras, imo multum, imo nimium, et potissime, quod hodie rarissimi faciunt, non exspectatur pre-

cibus, quibus grandi precio emuntur obsequia, praevenisse munere necessitudinem pauperis amici: quod adeo laudandus puto, ut nullae satis grandes possint exhiberi gratiae. Verum novissime transcendere etiam pauperiam meam conatus es secundo mittens generosi animi tui testimonium, donum scilicet equum, per quem non solum vicisti indigentiam meam, sed me ad exhibendum grates saltem aliquas elinguem fecisti. Quid enim tibi satis dignum dicere possum, nisi toto ore confiteri quod feceris? Ex luto faccis eripuisti me et cervicem jam pressam ab ergastulo villicorum sustulisti. Quid majus, quid carius, quid optabilius homo suscipere potest ab homine, pauper a divite, obscurus a splendido, senex a juvene? Hinc ut mihi congratulor, postquam quod tibi referam dignum non habeo. Felix sum tam pio, tam liberali, tam magnifico dives amico, imo patrono, et si ut dicam patiaris, domino. Unum tamen obmisisse nolim. Si tibi fortuna pinguis est, quam ego amplio-rem fore cupio, non ut in me disgreges et effundas omnem superum benignitatem concessa est, quin imo ut reginae inclitae, cui obnoxius es, cum fide et decore prestes obsequium, splendorem serves militiae et futuram tibi prolem, ut nobilitati competet tuae, suscipias educesque, atque antiquioribus et forsitan me dignioribus amicis subvenias, et longe magis Christi pauperibus, quos caeteris praeposuisse debueram. Nam quod his fit, Christo fit, ut ipsemet in Evangeliiis asserit. Haec tot non parvis peraguntur sumptibus, et potissime in patria, in qua nedum alia, sed solares et non parvo precio emendi sunt radii. Ego autem, ut ad me redeam, expectabam suasionibus tuis et meis precibus onus hoc secundum imponendum humeris incliti viri, domini Hugonis de Sancto Severino, quem alterum sua liberalitate senectutis meae praesidium spero. Sed quid adversus Dei beneplacitum in auras verba dif-

fun-do, et for-san aures tuas offendo? Opus tuum fore existimo. Continue enim Deum precamur dicentes: panem nostrum quotidianum da nobis hodie, sub panis vocabulo, quantum ad verborum corticem, quaecumque victui opportuna sunt sentientes; quae quidem, ut plurimum carentibus, conceduntur auro seu numismatibus ex auro argentoque confectis. Nunc cum sciamus Deo non manus esse, non pedes, non in regno caelorum officinas habere fabrarias, non incudem vel malleos, aurum argentumve effodi, ex quibus possit, in quantum spiritus et substantia separata, quibus indigemus conflare nummos, velitque: quibus praestat aures, satisfactum est: arte nobis incognita sublimium mentes tangit et in desiderium urget agendi, ex quo fit ut opulenti indigentibus orantibusque aperiant, et laeta facie, thesauros et horrea atque munificos sinus, et sic divinae sunt manus, incudes, mallei et aerariae officinae hi, a quibus pauperes, quod oramus, obtinemus. Nunc cum meminerim et panem petiisse quotidianum atque dixisse persaepe orans Davidicum illud carmen: Ne projicias me in tempore senectutis cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me: liquido operibus tuis video voces meas clementissimi Redemptoris mei tetigisse mentem eisque agentibus non sim projectus senex a facie ejus. Felix equidem es, cum misericordiae tanti opificis organum factus sis. Et ego aequo felix sum, qui a sublimi rerum principe audiri mereor clementia sua et suo jussu ab instrumento tam placido adjuvari. Sibi igitur, datori gratiarum, tibi-que, ministro ejus, gratias ago quas possum precor-que, ut Idem ipse, qui in camino ignis ardentis pueros servavit incolumes, te ab omni hostili impetu et lingua dolosa liberet, salvum faciat et conservet; te-que, qui Joseph Pharaoni gratum fecit, sibi et inclitae reginae tuae pro votis gratissimum reddat; at-que, uti a gregibus in regale solium David puerum suum

extulit, sic te semper ad majora et clariora evehat usque in splendorem et gloriam sempiternam, in qua suscipias quod sancte peragendo merueris.—Commendationes insuper quas facis ex parte communium amicorum atque majorum meorum, laeto animo suscipio et amplector, precorque, ut versa vice me, dum illis Neapolim scripseris, commendatum facias, et potissime domino Lodovico Regenti, nec minus dominae conjugii tuae, cujus ego honorem et consolationem cupio. Donatus Jacobi, novus affinis tuus, ni decipior, laudabilis homo est et hinc amicus meus, quia tuus sum; et ideo illi me commendes oro. Et aequo modo Johanni Latinucci nostro, dum illi scripseris; cujus ego tibi litteras, quas mihi misisti, huic alligatas remitto. Et, salva semper reverentia militaris et beneplacitum tuum, non sunt hae meae litterulae, quas tibi familiariter scribo et forte fidenter nimis, nedum a longe mittendae, sed nec etiam in patria ostendendae, ut facis. Nam si, dum illas legis, tua te fallit affectio, non sic alii facile capiuntur et eodem tecum concordant iudicio: ex quo fit forsitan, ubi meum ampliare nomen et laudem putas, inadvertenter minuis et deturpas. Multum scripsi, nec aegrotantis haec videtur epistola. Sed sic fit, dum ad te scribo, non aliter trahor delectatione, quam si de rebus delectabilibus praesens loquerer una tecum. Parce prolixitati et vale longum, strenue miles. Certaldi.

Johannes Boccaccius tuus.

**Ioannes Bocatius de Certaldo historiographus Machinardo ex clara
Cavalcantium Familia Viro clarissimo.**

Diu, strenue miles, emunctum ex ingenio meo opusculum, in quo virorum Illustrium tractantur casus, et ut plurimum infelices exitus, me penes ociosum fuit. Non enim satis mecum conveniebam, cuinam primo illud mittere vellem, ut nomini suo aliquid adferret ornatus, et ejusdem adjutus subsidis, melioribus quam meis auspiciis prodiret in medium. Cupimus enim omnes, quadam umbratili impulsu gloria, quibus auxiliis possumus, fragiles labores nostros nobilitare et diuturniores facere; et scriptores potissime. Et inter alia, quasi multum illis splendoris consequuturum sit, Pontifici, seu Caesari, aut Regi, vel alicui principi maximo titulamus eosdem. Quamobrem longa indagine mentis quaesivi, quem ex multis unum eligerem; et ante alios praepollentes mecum evolvere coepi. Pontifices, quorum vetus sanctitas, jamdudum plures, pia affectione, libellos claros reddiderat. Sane dum modernos, ex veteribus exorbitantes (qui lachrymis et orationibus in adversantes devotioni eorum, virtutes coelorum movere consueverant), vidi ex sacerdotalibus infulis galeas, ex pastoralibus baculis lanceas, ex sacris vestibibus loricas in quietem et libertatem innocentium conflare, ambire Martialia castra, incendiis, violentiis, christiano sanguine fuso lactari, satagentesque adversus veritatis verbum dicentis: Regnum meum non est de hoc mundo, orbis imperium occupare: horruum retraxique pedem, ratus apud hujusmodi ludibrium potius opusculum meum futurum, quam ob aliquod ejus meritum preciosum; et ab iis frustratus, in hodiernum Caesarem

aciem mentis deflexi. Sed confestim revocavi consilium, sentiens eum magnalium suorum immemorem, praeponentemque Thebani Bacchi vina colentis gloriam splendoribus Martis Italici, nec non torpentem sub Circio in extremo orbis angulo, inter nives et pocula. Sed quid tandem? Subiere pectus anxium qui notis insigniti regiis reges haberi volunt, cum phalerati sunt onagri, et ii potissime, qui hac tempestate praesident regnis. Occurritque primus Gallus Sicamber, qui se temerario ausu genere et moribus praeferre caeteris audet, et cui primates monstravere sui, nondum philosophari turpissimum fore Regi, verum literarum novisse characteres, detrimentum Regiae Majestatis permaximum signari. Qui sic sapiunt, damnantes in Regibus, quod bellicosos reddit egregios. Inde Hispani, seu Barbari et efferaces homines affuere. Post et Severus Britannus, elatus novis successibus. Sic et Pannonius Bilinguis populi multitudine potius quam virtute valens. Postremo mollis et effeminatus Siculus. Quorum omnium dum mores et vitam segregatim intueor, ne per eorum discurram luxum et inertiam, rectius regum simulachra, quam reges visi sunt. Quopropter nausea quadam vexatus (ne in fabulam deducere, quod cupiebam extollere), ab indagine destiti, et quasi decreveram illud fortunae manibus committere, et fere jam emissurus eram, dum illi misertus Deus in laudabile consilium incidi. Nemini scilicet, quantumcumque eminenti atque praefulgido principi posse quiddam fidentius quam amico committi, etiamsi extremae sortis homo sit. Quod jam pridem persaepe legimus illustres fecisse viros. Et cum tali gratularer animadvertentiae, et ecce quasi tu missus in mentem venisti. Tum ego mecum: Quid inter sylvestres belvas rugientes potius, quam loquentes, magistrarum rerum philosophiae hostes quaeris, quod in sinu tuo optatissimum tenes, quod in oculis tuis assidue est, quod te

coram semper obambulat? Nonne vides Machinardum tuum, tua jam diu approbatum sententia, cujus fidem, dilectionem, cujus munificentiam saepe expertus es? Quem ergo alium quaeris? Nonne insuper huic sancta affinitate junctus es? Secum si meminit, unici filii ejus communis pater es. Illi enim dedit ipse naturali lege ut esset, cum paraclito operante spiritu ut bene esset dedisti, dum illum ex sacri fontis lavacro suscepisti. Praeterea is, esto plene philosophicis eruditus non sit, amantissimus tamen studiorum est, et probatorum hominum praecipuus cultor atque eorum operum solertissimus indagator. Nec est, quod tu summopere vitare videbaris, unus ex mercenaria plebe, aut inglorius et degener homo: regia enim militia insignitus est, et egregie, splendido titulo, et ex Cavalcantibus clara civitatis nostrae familia genitus. Ab avorum fulgore non deviat, quinimo singulare decus et priscae virtutis specimen, nomen suum et patriam laudabili fulgore reddit illustrem. Quid multa dixerim? Adeo in sententiam hanc venisse placuit, ut quanto magis mecum ista revolverem, tanto arctius roboraretur consilium et firmitus infingeretur animo. Tuo igitur, amantissime mi, dummodo pauperis amici munusculum non renuas, honorando semper nomini dico, quod paulo ante Regali insigniri cupiebam. Suscipe ergo illud liberali animo, si quid sanctum amicitiae nomen, jamdiu inter te et me aequo firmatum animo meretur. Quaeso susceptum, dum per honestum oculum poteris, legas, non equidem legisse poenitebit, si satis ingenium tuum novi. Et inter legendum non pigeat minus decenter se habentia emendasse. Et dum videbitur, post hoc, inter amicos communes, et postremo tuo nomine emittas in publicum, ut ipse pro viribus celebre nomen tuum, meumque, aliquali fulgore, per ora virum discurrens, illustres. Vale.
